

¶ Incipit modus vacandi beneficiorum.



Primus modus vacandi est. Si quis possidet beneficium curatum et postea contingit ipsum assequi aliud curatum apostolica uel alia quacumque auctoritate: scilicet ordinaria uel in repatronatus: primum beneficium quod antea habuit vacat: nisi obtenta dispensatione apostolica. Et expectantes vigore gratie tale beneficium acceptare non possunt: sed est sedi apostolice specialiter reseruatū.

¶ Secundus modus est. Si quis habuerit beneficium curatum et postea obtinuerit a domino nostro papa gratiam de beneficio cum cura uel sine cura: et si antequam gratia sortiatur effectum non permutat uel resignat: tale beneficium curatum uel non curatum ipso facto vacat: et est sedi apostolice reseruatū.

¶ Tertius modus est. Si quis habet beneficium cum cura uel sine cura: et quācito gratia sua sortita est effectum primum beneficium quod impetrans obtinuit vacat: nisi mentionem fecerit de tali beneficio obtento in impetratione sue gratie expectatiue.

¶ Quartus modus est. Si quis habet beneficium cum cura et postea gratiam impetrauerit de beneficio cum cura uel sine cura: alter potest primum impetrare per clausulam sperare vacare: et quācito aliud beneficium assequitur cum cura: ille secundus habebit primum. Et etiam si interim resignaret huiusmodi occasione et nullius alterius: etiam qualitercumque vacaret: nisi per mortem.

¶ Item si quis habet beneficium propter quod teneatur se facere promoueri ad sacros ordines infra annum: et si non fecit se promoueri post habitam pacificam possessionem: tale beneficium vacat per non promotionem. Sed tamen episcopus potest secum dispensare ad septennium causa studij et non alias: sic tamen quod infra annum sit ordinatus in subdiaconum. Papa autem potest dispensare ad placitum ex quacumque causa.

¶ Item cū lis pendet inter duos uel tres super vno beneficio uel pluribus dū obijt vnus litigantiū ⁊ lis ipsa nō sit decisa beneficia hmoi vacant ⁊ sunt reseruata: ⁊ surrogat collitigās in iure defuncti: etiam infra mensem alterius impetrātis: iuxta regulam de surrogandis collitigantibus.

¶ Item per apparentē incorporationē: ut cum religiosi habēt collationē ad certā beneficia que clericis secularibus sunt conferenda: ⁊ si ipsi suis fratribus pferant ac si ista essent incorporata: etiam vacant.

¶ Item per liberam resignationē: ut si aliquis resignat aliqđ beneficiū coram notario ⁊ testibus: uel in manus habentis potest admittere resignationē hmoi etiam tō consensu patris interueniente: tale beneficium vacat.

¶ Item vacant beneficia per cōtractū matrimonij per verba de presenti.

¶ Item si quis habet beneficiū ecclesiasticū ⁊ ingredit̃ monasteriū: uel aliquā duxerit vxorē: beneficia sua vacāt per ingressum monasterij uel religionis: uel cōtractū matrimonij.

¶ Item nullus illegitimus potest obtinere dignitates: personatus uel officia in cathedrali ecclesia: uel etiam in metropolitana. Et si quis illegitimus habet talia beneficia absq̃ dispensatione aplice vacant: ⁊ sunt sedi aplice reseruata.

¶ Item vacant per irregularitatem: ut si quis iniecit manus violentas in clericum: uel in aliquā personam ecclesiasticā: et se postea diuinis imiscuerit.

¶ Item omnium illoꝝ beneficia vacant qui celebrant in loco interdito: uel coram excoicato. Sentēcialiter tñ per iudicem declarari debent alias nō vacant.

Item si quis habet beneficium cum cura uel sine cura ⁊ postea promouet in episcopum uel in abbatem beneficia vacant. Si in episcopū per munus cōsecrationis. Si in abbatē per munus benedictionis.

Item si quis habet beneficium ecclesiasticū ⁊ moritur in curia Romana: uel infra duas dietas legales a curia: ipsius beneficia sunt sedi apostolice reseruata.

Item si quis habet beneficium cum cura uel aliquam dignitatem ⁊ non est viginti quatuor annorum: suum beneficiū vacat: nisi super hoc dispensatione obtenta.

Item per promotionem: ut si quis promoueatur ad sacros ordines sententia excommunicationis maioris ligatus: ipso facto sua beneficia vacant.

Item per promotionem: ut si quis promoueret ad sacros ordines sententia excommunicationis minoris ligatus: ipso facto sua beneficia vacant.

Item per nō promotionē: uel residentiam: ut cum beneficium ex officio uel fundatiōe requirit residentiam: aut morā personalem: nō habita dispensatione illius non residentie: omnia talia beneficia vacant. Et ille casus frequenter cōtingit in beneficiis que sunt de iure patronatus laicorū. Et ptingit quādo ex officio uel fundatiōe requirit presbyter: uel unū qui possit procedere ad ordines sacros infra annū. Et collatores aliqui cōferunt illi qui impetrat dispensationē sub cōditione q̄ q̄primū uenerit ad annos discretiōis promoueat: ⁊ personaliter in beneficio resideat: q̄ si non fecerit beneficiū vacat.

Item vacant per permutationē simoniaca prauitate uel pacto interueniente.

¶ Item per inabilitatem: ut si minor quindecim annorum sine dispensatione obtineat beneficium: vacat illud de facto.

¶ Item bene vacat si quis in infirmitate constitutus resignaret aliquod beneficium ubicumque in Ro. cu. uel extra: si moritur infra viginti dies: tunc beneficia resignata vacant per mortem et non per resignationem: et sunt sedis apostolice reservata.

¶ Item per irregularitatem homicidij: uel non curantis mandata apostolica executioni demandate.

¶ Item si quis stetit per annum in excommunicatione: ipsius beneficia vacant. Similiter eius qui celebrat coram excommunicatis uel scienter in loco interdicto.

¶ Item vacant beneficia cum cura: etiam dignitates: personatus: siue per constitutionem Execrabilis ferre. Jo. pape. xxi. hoc modo scilicet si quis habet unum beneficium curatum: aut dignitatem: aut personatum: et retinet primum cum secundo per mensem sine dispensatione: tunc vacat utrumque. et perdit tam primum quam secundum: et efficitur inhabilis ad illa et qualiacumque beneficia ecclesiastica similia uel dissimilia obtinenda: tamen simplicia et alia sine cura que dignitates et personatus non sunt per eum prius habita.

¶ Item quandoque vacant beneficia per reuocationem unionum et incorporationum.

¶ Item quandoque per reuocationem commendarum factarum auctoritate apostolica uel ordinaria.

¶ Item si quis acceptat cum gratia sua expectatiua et non publicet seu publicari faciat instrumentum acceptationis et provisionis cum alijs litteris: tale beneficium vacat.

¶ Nota q̄ post citationem executam lis dicitur pendere in t̄m̄ quod si alter litigantium moritur in curia uel extra lite in decisa: tunc vnus papalis non potest illud beneficium acceptare: sed solus papa habet de illo dispensare. Cauent ille litigans quod se faciat se in ius defuncti surrogare: ne alter ip̄m preueniat: ad minus per mensem: quia litigans habet totum mensem post impetrantes se surrogari facere in iure colligatis defuncti. Que practica est multis ignota: et tamē Rota ita seruat. Et idem si litigantes simul concordent lite in decisa: et alter ipsorum moriatur et nō renunciet: tunc illud beneficium iterum censetur pape esse reseruatū: et non cadit sub gratia expectatiua. Et hoc est verū si lis pendet in curia Ro. secus tamen alibi etiam si aliquis renunciet beneficium in curia: tunc etiam censetur in dispositione solius pape.

¶ Item si quis impetrat aliquod beneficium realiter deuolutum uel reseruatum: uel alias debito modo vacans. postea impetrans aliud beneficium et non curat prosequi primū: tunc illud beneficium stat in dispositione solius pape. Nec reuertitur potestas prouidendi ad ordinarium.

¶ Item per liberam resignationem: ut si quis resignat aliquod beneficium coram notario et testibus: uel ad manus habentis potestatem admittendi resignationem huiusmodi cum consensu patroni interueniente: beneficium vacat apud collatorem: nisi si resignatio ista non sit realiter probata. s. q̄ impetrans sit effectualiter adeptus possessionem illius: tunc primū reuertitur ad suum principium.

¶ Item si gratia in cōi forma pauperū aliquo habente publicationem gratie huiusmodi: ordinarius cōfert beneficium vacans: collatio tenet s̄m aliquos. Aliqui tamē dicunt q̄ nō. s. dñs. Jo. Cal. qui tenet q̄ ante purificationem gratie manus ordinarij sint clausę et ligate: dummodo infra menses post vacationem beneficij purificet et acceptet. et ita fuit al̄s obseruatus. Secus tñ de

gratia speciali.

¶ Item habens gratiam in cōi forma paupeꝝ ante vacationē tenetur ordinario litteras suas insinuare: alis non potest accedere. Sed habēs gratiam in speciali nō tenet nisi propter cōcurrentes ⁊ maiorem diligentia.

¶ Item si sunt expectantes in diocesi ⁊ vacet beneficiū in mensē pape: ordinarius non potest conferre infra mensem post vacationem: ⁊ hoc propter decretum irritans pape. Sed si non fuerit acceptatum infra mensem: tunc post mensem conferre potest: ⁊ sic valet.

¶ Finis.

¶ Incipit modus acceptandi.

¶ Primo impetrans habeat noia beneficiorum in scriptis in sua collatione: et tempore quo voluerit acceptare accedat ad notarium cedula habens in manu in qua stant noia beneficiorum: et prestado dicat: Dñe notarie: ecce accepto quodcumque beneficium in vim gratie mee expectatiue et litterarum applicarum desuper cofectarum et pcell suum vigore desuper fulminatorum mihi debitum: vacans per mortem aliquorum quorum noia in ista cedula continentur: et cuiuscumque alterius collationis sub prestatione solita et consueta: videlicet si et in quantum aliquod illorum mihi de iure debet: alioquin gratia mea salua maneat et illesa: ad quodcumque aliud beneficium de iure mihi debitum. Et requiro vos tanquam subexecutores in vim clausule ceterum mihi per principalem executores deputatum quod mihi modo de beneficio sub prestatione premissa prouideatis: et prouisione facta requirens ipsum ut supra. Acceptatione et prouisione sic factis: coficiat unum uel plura publicum uel publica instrumentum uel instrumenta.

¶ finis:

Inc

1276

